doruber gegebenn, zugeeigent unnd bestettiget, bestettigenn unnd vorneun unnd czueygenn ihnn das obgenantte gutt Grossenn Tynntz mit den fuhrwerge doselbst, mit dem kretscheme, schultessenn unnd gebaurnn, czinsenn unnd renthen mit allenn czugehorungenn czu habenn unnd czu besitzenn, inn voller macht dormit zu thun unnd zu lossenn, wie inn das allerbehste gesein unnd czu stattenn kohmen magk, von uns und unsernn nachkohmenn unnd mannschafftenn unnd einem ieczlichenn gancz ungehindertt, inn kraft dieses brieffs, ann denn wir czu rechtenn bekentnisse habenn lossenn henngen unnser grose ingesigell, der do ist gegebenn zu Legnicz ann der mitwochenn nach reminiscere, nach Christi unsers herrn geburt vierczehnhundert ihare und darnach inn dem drey unnd vierczgstenn ihare. Dabey synnd gewest unnser liebenn getrawen Heintz vonn Panthenaw, Hanns Rothkyrche, Nickel Borewitz, Hanns Schober unnd herrn Iohanns Girdann techandt, ċannczler des lands zu Liegnicz demme dieser brif befohlen wartt.

41.

Notariatsinstrument über eine Appellation des Professors der Theologie Johannes Weyker an den päpstlichen Stuhl und das bevorstehende allgemeine Conzilium wegen einer von dem Rector der Universität Caspar Weygel gegen ihn gerichteten Schmähschrift. **Leipzig, 1443 Mai 6.**

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176, fol. 299.

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo tercio, indictione sexta, pontificatu non ex errore aut vicio sed certis de causis omisso, die vero lune que fuit sexta mensis maii, hora vesperarum vel quasi, in opido Lyptzensi Mersenburgensis dyocesis ibidem in stuba hiemali habitacionis eximii viri Iohannis Weyker, sacre theologie professoris, collegiati collegii maioris alme universitatis studii Lyptzensis antedicte dyocesis Mersenburgensis, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presencia, personaliter constitutus idem venerabilis magister Iohannes Weyker de Romhilt, plebanus in Hiltpurgk, clericus Herbipolensis dyocesis certam cartam papiriam tenorem cuiusdam appellacionis in se continentem, in suis manibus tenuit, exhibuit et in medium produxit, ipsamque animo et intencione provocandi, appellandi et apostolos petendi et recipiendi appellacionemque interponendi et prosequendi, ibidem alta et intelligibili voce ac de verbo ad verbum legit et interposuit ac iuxta ipsius cedule tenorem ad sanctam sedem apostolicam vel ad sacrosanctum concilium generale icomenicum pro tollendo scismate, ut speratur, in brevi congregandum et quod Germanica nacio approbaverit, vel ubi merito fovet appellandum appellavit, apostolos petivit, protestatus fuit et alia fecit, ut plenius in ipsa cedula continetur, cuius quidem appellacionis tenor per omnia sequitur in hec verba: Cum appellacionis remedium nedum in subsidium et relevamen indebite oppressorum, verum eciam ad obviandis gravaminibus futuris utriusque iuris sanctionibus salubriter sit adinventum, hinc est quod ego Iohannes Weyker, clericus Herbipolensis dyocesis, coram vobis domino notario publico tamquam